Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

humane pm moderanda cauta mediana l' parsimonie studio reformentur. ℣. Daniel.
In diebus illis. Orans autem Daniel ad dnm dicens. Dne deus meus l' ne delinquas plm tuum pro nomen tuum: et ne dissipes testamentum tuum. neq; auferas misericordiam tuam a nobis. propter abraham dilectum tuum. ysaac servum tuum et israel sanctum tuum: quibus locutus es polliceris ut multiplicares semen eorum sicut stellas celi: et sicut arenam quae est in littore maris: quia dne minuti sumus plusquam omnes gentes: sumusq; humiles in omni terra hodie propter peccata nra. et non est in tempore hoc princeps et propheta et dux neq; holocaustum neq; sacrificium neq; incensum. neq; oblatio neq; locus primitiarum coram te ut possimus invenire misericordiam sed in animo contrito et spu humilitatis suscipiamur. Sicut in holocausto arietum et taurorum et sicut in millibus agnorum pinguium sic fiat sacrificium nrm in conspectu tuo hodie ut placeat tibi quia non est confusio confitentibus te. Et nunc sequimur in toto corde et timemus te: et querimus faciem tuam dne ne confundas nos sed fac nobiscum iuxta mansuetudinem tuam. Et secundum multitudinem misericordie tue. et erue nos in mirabilibus tuis et da gloriam nomini tuo dne: et confundantur omnes qui ostendunt servis tuis mala. Confundantur in omni potencia sua et robur eorum conteratur. et sciant gentes quia tu es deus solus: et gloriosus super omnem terram dne deus nr. GRC Collide hostias et introite in atria eius adorate dnm in aula sancta eius. ℣. Revelabitur dns contensa et in templo eius omnis dicent gloriam. Sim
In illo tem. Cum audissent quidam de turba sermones ihu dicebant. Hic est vere propheta. Alii dicebant. Hic est christus. Quidam autem dicebant. Numquid a galilea xps venit? Nonne scriptura dicit quia ex semine dauid et de bethlehem castello ubi erat dauid xpus venit. Dissensio itaq; facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed